


PROPOSITA AD APPLICATIONEM RATIONIS DE NATURALIBUS CIRCUMIECTIS PROTEGENDIS IN CONTEXTU ADMINISTRATIONIS NATURALIUM CIRCUMIECTORUM

Matúš PREKOP



PRAEFATIO

Res publica actionibus suis naturalia circumiecta protegit ac pericula climati, hominum saluti, naturae diversitati imminetia, deminuire studet. Climatis mutatio ac naturalium circumiectorum aggravatio periculum existentionale non solum de aspectu locali, sed etiam de aspectu globali repraesentant.

In ratione bonitatis vitae prolis futurae omnia proposita ac actiones protectionem naturalium circumiectorum respicere in contextu progressus conservabilis debent, id est aequilibrium invenire inter naturalium circumiectorum protectionem et economicae societatisque progressus confirmationem.

Actiones de climate commutanti eiusque solutione et de gasiorum thermocepiorum emissionis deminutione hodie saepe disputatissimae sunt. Globalis natura mutationis climatis collaborationem actionesque internationales gravissimae esse significat. Documenta gravia probata sunt: Pactio formalis Nationum Unitarum de mutatione climatis (UNFCCC), Protocollum Kiotense, Pactum Parisianum de mutatione climatis.

Quamquam res politicae Europae de naturalibus circumiectis et de climate meliori rerum conditioni in decenniis recentibus profuerunt, Europa progressum sufficientem non consequitur et perspectio naturalium circumiectorum in decennio proximo certa non est, ut in relatione Naturalia circumiecta Europae – status et perspectio 2020 (SOER 2020) dicitur.

Studio Unionis Europaeae in regione rerum pecuniarium sustinabilium prima sui generis est, cum de officio partis ad rem pecuniariam pertinentem agitur eiusque auxilio in transitione ad futurum sustinabili. Observatio consiliorum Europae effectioem coordinationemque meliorem rationum hodiernarum petet. Necesse erit nova consilia ad rem politicam pertinentia probare, quibus mutationes gravissimas in systematibus productionis et consumptionis assequamur. Ea modi moderni vitae nostrae fundamenta sunt, ad exemplum alimenta, energeticam mobilitatemque comprehendentia, quae gravissima naturalibus circumiectis sunt.

Res oeconomicae circumeuntes forma oeconomica est, quae reusum et recyculationem rerum anteponit. Multus fructus naturalibus circumiectis, rebus oeconomicis ac civitibus affert. Res oeconomicae circumeuntes forma productionis et consumptionis est, in qua variae res non eiciunt, sed condividunt, praestant, readhibentur, reparant usque ad possibile sit. Hoc modo vita rerum prolongatur et retributa minuuntur. Si quid opus ad finem vitae suae advenit, materiae e quibus factum erat, ad nova facienda servientur. Aliquae iterum iterumque adhiberi possunt, quo nova pretia creantur.

Huius formae partem et consilia contra usu contritionem cogitatam capiunt. Transitus per gradus ad res oeconomicas circumeuntes tempore emolumenta afferre potest, ut minor impetus ad naturalia circumiecta, dein securitatem materiarum augere potest ac competitionem, innovationem, incrementum et novas laboris facultates.

Acciones gravissimae hoc tempore ad problemata soli spectant. Sine terra soloque sano vivere non possumus. In ea maiorem partem victus nostri colimus ac domus nostras aedificamus. Omnibus generibus – bestiis et plantis terra marique viventibus – terra inevitabilis est. Humus – una ex fundamentalibus partibus terrae – principium est complexum, saepe autem minoris aestimatum in quo vita virescit. Modus, quo hodie terram in Europa et in toto orbe terrarum usurpamus, non est sustinabilis. Haec res vitae in toto orbe terrarum maximum momentum affert.

Protectio naturalium circumiectionum cito evolvit ac pars maximum momentum societati afferens fit. Numerus populorum velociter crescens necessitatem materiarum energiaeque aggerat et capacitati sustinabili terrae imminet.

Problemata ad naturalia circumiecta pertinentia globalia semper deteriora fiunt, ad exemplum silvae zonae temperatae, tropicae subtropicaeque minuuntur, degradationis causa humus agricularis decrescitur, contaminatio marium aggravatur, plantarum bestiarumque genera pereunt. Inter principia gravissima ad res protectionis naturae pertinentia et progressionem sustinabilem, in ultimis annis saeculi recentis et in temporibus hodiernis, numerare possumus studium rationum progressus sustinabilium. In consensu cum his rationibus gradatim studia usurpantur, quae a transgressione ad problemata naturalium circumiectionum solvenda ad solutiones technice providentes sustinabilesque toto in vitae curriculo technologiae et producti. Gradatim producentium ac usurpantium cultus mutatur et rationes praeventiae crescenti in modo efficiuntur, itemque ratio facultationis et participatio publici in problematis naturae solvendis. Systemata naturalium circumiectionum atque actionum ad industriam et productionem pertinentium regendi efficiuntur, maximum momentum ipsa producta ad naturalia circumiecta afferunt.

Ultimo tempore in regione rationis naturalium circumiectionum efficiendae gravissimam partem facit facultas huius rationis. Diversitas instrumentorum aggeratur, quae non parvo in modo in activitatibus producentium facultativis consistunt, itemque in consilio omnium participantium crescenti. Multae rationes gradatim communes constituuntur. Dum propagantur, ad scrutationem simul adhibentur, quo non solum aspectus theoretici, sed etiam communifatio experientiarum ex omnium scrutationum examinatur.

Protectio naturalium circumiectionum actiones praebet, quibus pollutio ac degradatio naturalium circumiectionum prohibetur aut minuitur. Protectionem partium eorum vel oecosystematum eorumque connexionum communium continet. Protectio naturalium circumiectionum et spectatio ad talem progressum societatis, qui progressum oeconomicum efficiat, statum vitae augeat et simul naturam et materias proli servet. Cognitio causarum, quae problemata naturalium circumiectionum faciunt, et facultates, quibus id prohibatur, mutationi consiliorum non solum in regione productionis, sed etiam consumptionis prodesse potest. Eventus huius cognitionis magis acceptabile consilium in materiis usurpandis et in productione consumptioneque sit, qui non ex imperiis vel ex prohibitionibus fiat, sed ex cognitione humana.

Propositus progressus societatis, cum quo cohaeret non solum aggregatio periculorum contra consilia societatis communia, sed etiam contra institutiones rei publicae vel privatae et contra cives, necessitates ad securitatem efficiendam augentes proponit atque hui semper imminet.

Altus status securitatis, dum societas semper progreditur, sustinabilis est, modo cum numerus eventuum securitatis semper minuetur. Ad quod novum et latum systema rerum cognitarum, limitum instrumentorumque habere necesse est, quod solutionem securitatis uncam praebet. Principium fundamentale solutio problematum securitatis activa est. Maximum momentum evitatio et praeventio temporum crisis calamitatumque affert. Necesse est, ut omnia membra securitate affecta problemata securitatis curent ac usu administrationem securitatis usurpent.

Directio administrationis summae principalis in sensu communi ad securitatem complexam pertinens ex consiliis securitatis istius membri constituenda est. In base administrationis securitatis de effectibus securitatis datae invitis respondere necesse est ac praevertere usque ad numerum periculorum acceptabilem. Hic effectus consiliorum securitatis modis instrumentisque protectionis iure constitutis efficiendus est, quod in actis litterisque de securitate institutum est. Certe ne administratio quidem securitatis maximo in modo periculum quodcumque, calamitatem temporeque crisis removere potest. Offert autem novas melioresque facultates et modos ad pericula possibilea moderanda.

Propositum conferentiae internationalis doctorum „Administratio naturalium circumiectorum 2020“ idoneam facultatem pro societate doctorum, pro administratoribus rerum publicarum et civilium, pro experiētiis commutandis, pro eventibus novis de administratione naturalium circumiectorum demonstrandis praeberere fuit.

DOMICILIUM AUCTORIS

Mgr. Matúš PREKOP

Gymnasium Praemonstratensis Cassoviae, Via Kováčska 28, 04001 Cassovia, Slovacia